UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Scientia Salvtis, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam Spiritualis Vitæ Materiam complectens

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

2. De Octava S. Stephani. Resistimus Spiritui Dei ex amore proprio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-59837

Visual Library

auferat: ſive quòd ponat fundamentum omnium noſtrorum meritorum; nihil enim apud Deum habet meritorum, niſi divinę voluntati conforme ſit: Sive denique, quòd Obedientia ſit ſpecialis providentiæ divinæ indiviſa comes. Quare, ſi apud Deum nova tantummodò valet creatura, Jeſúque vita, Ambroſ. l. 2 de Abel & *prima voti gratia celeritas ſolutionis*, vota mea (ſi religioſus ſum) reddam domino: Et ſicut Deus ſe nobis dedit ſæpius in Incarnatione, & in Sanctiſſima Euchariſtia ſine fine, ſic DEO reddam me, nunquam toties, quin ex toto ſemper amplius *Melior eſt ſalvus homo, quàm quilibet homo.* Inquit D. Aug ſerm. 10. de Verb, Apoſt.

MEDITATIO II.
De Octava S. Stephani.

Reſiſtimus ſpiritui Dei ex amore proprio.

ASpiciam perſecutores S. Stephani, reſiſtentes Spiritui Sancto. Petam hoc damnabile malum evitare.

Conſ. 1. Quomodo ad ſupremum malitiæ gradum prolabuntur, quotquot DEO reſiſtunt; quo enim res eſt nobilior, pulchrior, utilior, eò majore pœna & damno violatur, ac perditur. Nihil autem præſtantius, nec utilius ductu Spiritûs Sancti, ſine quo nunquā beati eſſe poſſumus; quia quæ Dei ſunt, nemo

novit, niſi Spiritus Dei. Bene itaque ait Io-
bus c. 9. *Quis reſtitit ei*, quis ei ſe durum
pervicacem exhibuit, *& pacem habuit?* Pa
Hebræis omne bonum ſignificat, omni erg
bono privantur, qui Spiritui Dei reſiſtu

Conſ. 2. Verba D. Aug. *Cùm ergo vivit h*
mo ſecundùm hominem, non ſecundùm Deum,
milis eſt diabolo; quia nec Angelo ſecund
Angelum, ſed ſecundùm Deum vivendum fu
ut ſtaret in veritate. l. 14. de civ. Dei c. 4.

Conſ. 3. Originem tanti mali, ſicut en
omnis mali cauſa in Chriſtianitate eſt de
ctus Spiritûs, ſic defectionis Spiritûs cau
ſunt appetitiones inordinatæ, ut qui alter
aurum amat, ſervitutem ejus patitur, n
quòd eum diligat, ſed aurum ejus: ſic am
concupiſcentiæ vel ſervitur DEO, vel adh
retur Sathanæ: quia quod per alterutru
ſperatur, ad id obtinendum amatur DEU
vel ſuſtinetur dæmon. Niſi homini DE
placuerit, & ad vota hominis condeſcend
ait, Deus non erit homini. Itaque amor
ordinatus eſt dæmone odibilior, qui tan
modo eſt medium: At inordinatus affec
eſt principium, & finis mali lib. 6. c. 38 *Væ*
tali adhærenti ſpiritui! ait Dominus S. Brig
tæ. Actus renunciationis amori proprio lu
in Medit. 219. exemplo Chriſti ſemper, q
placita fuerunt Patri, facientis, & S. Steph

qui nihil DEO præpoſuit. *Colloquium* plenum odij, & excandeſcentiæ contra amorem proprium, aſcendentem uſque ad contemptum Dei. *Niſi homini Deus placuerit, Deus non erit.* Inquit Tert. in Apolo.

MEDITATIO III.

De Octava S. Ioannis Evangeliſtæ:

Secreta praxis aſſecurandi ſalutē ſuam.

Videbo currentes in odorem Dei omnes amantes ſalutis. Petam aſſequi hoc ſecretum ſalutis, & regi ſpiritu DEI.

Conſ. 1. Spiritûs nomine intelligi illud inviſibile (inſtinctum, judicium, intellectum propenſionē volūtatis) quo homo ad aliquē actum humanum bonum, ſeu malum faciendum, vel omittendum, ab intrinſeco, vel extrinſeco incitatur.

Conſ. 2. Vnde Spiritus divinus eſt motio à DEO vel proximè, & immediatè per tactum ſpiritualem ſuum, vel mediatè per Angelos, ſuggerunt enim nobis ſæpe Angeli facienda, vel fugienda: Vel per conſcientiam noſtram: Vel per pondus virtutum, quas nobis infundit, ut ſecundum rationem, & virtutem vivamus, quæ, quia ſolum bonum naturale poteſt, accedit illi fides corda purificans, & charitas Chriſti urgens nos.

Conſ. 3. Initia divinorum ſunt juſsiones